Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in confessione vere sem
piterneque deitatis. et in
personis proprietas. et in
essencia unitas. et in
maiestate adoretur equa
litas. Quam laudant.
Proficiat nobis Compl.
ad salutem corporis et
anime domine deus huius sa
cramenti percepcio et sem
piterna sancte trinitatis con
fessio. Per. Feria ii. De
Sapiencia
Deus qui per co
eternam tibi
sapientiam hominem cum
non esset condidisti provi
dencia que misericorditer
reformasti. presta quesumus
ut eadem pectora nostra
inspirante te tota mente
te amemus. et ad te
toto corde curramus. Per.
Sanctificetur quesumus Secr.
domine deus huius nostre ob
lacionis munus tua co
operante sapiencia. ut tibi
placere possit ad lau
dem. et nobis proficere
ad salutem. Per. Co.
Infunde quesumus domine deus
per hec sancta que sumpsi
mus cordibus nostris lumen
sapiencie. ut te veraciter
agnoscamus. et fideliter
diligamus. Per eundem.
Feria iii. De sancto spiritu
Deus cui om
ne cor patet
et omnis vo
luntas loquitur. et quem
nullum latet secretum
purifica per infusionem
sancti spiritus cogitaciones cor
dis nostri. ut te perfecte
diligere. et digne lau
dare mereamur. Per
eundem. In unitate eiusdem.
Hec oblacio Secr.
domine deus cordis nostri ma
culas emundet. ut
sancti spiritus digna efficiatur